



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

120. Quare Episcopi consecrandi manus chirothecis induantur? Ex p. 12.  
tr. 1. r. 120.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)



RESOL. CXX.

Quare Episcopi consecrandi manus Chirothecis induantur? Ex part. 12. tract. 1. Ref. 120.

1. Sæpius citatus Andreas Saussay in *Panoptia Episcopali lib. 1. per totum* multa eruditè observat de Chirothecis Episcopalibus, & individuat pro casu nostro, ubi sic ait.

2. Cæterum dato, quod Bernaldus aliqua mutaverit in ordine Romano, seu ut ait Menardus, quædam detraxerit, quædam addiderit, juxta ulum quem in Ecclesia suo tempore videbat; hinc tamen non sequitur, neque elici potest, quod ritum tradendi Episcopo in Ordinatione sua manicas, seu chirothecas benedictas, hæque deinceps cum pontificio fungitur gerendi, fuerit à Bernaldo additus: cum mos iste in Ecclesia vigeret diu antequam Bernaldus ipse natus esset. Id porò ex Sacramentorum Codice Ratoldi Abbatis, qui anno 986. excessit ab humanis, sit omnino exploratum: sicut ex excerptis ex eo supra lætæ patet, ubi ex more Ecclesiastico jam receptissimo, comitat Episcopum manicas cum præscripta orationis formula induisse: & postea cum consecratus esset oblata, exuisse, prout etiam nunc fieri solet. ]  
Hæc illæ, qui ulum chirothecarum in Episcopis antiquissimum esse in Ecclesia Latina ex multis probat; sed deveniendo ad mysticas earum significationes, ponam verba veterum authorum. Primo sic asserit, Honorius de antiquo Missæ Ritu lib. 2. c. 2. 15. inscripso de chirothecis chirothecarum, (inquit) usus ab Apollolis est traditus per manus operationes; per chirothecas designantur earum occultationes. Sicut enim aliquando manus chirothecis velantur, aliquando exactis chirothecis denudantur. Sic opera bona interitum propter arrogantiam declinatam celantur, interitum propter ædificationem proximis manifestantur. Chirothecæ induuntur cum hoc impletur: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cælis est. Chirothecæ sunt inconlutes, quia actiones Pontificis, debent rectæ fidei esse concordæ.

3. Secundò Innocentius III. lib. 1. *Mysterium Missæ*, c. 57. Quia verò plerique (ait) bonum opus quod faciunt inani favore corrumpunt, statim, (ac insinuat Dalmaticam) manus operit chirothecis, ut nectat sinistra sua, quid faciat dextera: per chirothecam ergò, congruè cautela designatur quæ sic facit opus in publico, quod intentionem continet in occulto. Nam etsi Dominus dixerit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est, propter quod chirotheca circulus aureus desuper habet, ipse tamen præcepit. Attendite ne justitiam vestram facietis coram hominibus, ut videamini ab eis aliquam mercedem non habetis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est.

4. Tercio Gulielmus Durandus lib. 3. *nation. di. offic. cap. 12.* [ Per chirothecas quoque in manibus exempla Sanctorum quæ in operibus habenda sunt intelliguntur: quæ opera ab omni inquinamento mundata sunt ne modicum fermenti totam massam corrumpat. Per ipsas vero chirothecas albas, castitas, & munditia denotatur, ut manus, id est operationes, sint munda, & ab omni inquinamento immunes. Porò secundum quod capiti scilicet Christo quas manibus Jacob, Rebecca mater, id est Spiritus sancti gratia: manibus veri Jacob id est operibus Christi circumdedit, ut similitudinem majoris, ac

prioris Adæ secundus exprimeret; Christus enim similitudinem peccati sine peccato suscepit, ut Incarnationis mysteriū diabolo celaretur. Nā ad similitudinē peccatoris esuriit, & sitivit doluit, expavit, dormivit, & laboravit. Unde cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ac postea esurisset, accedens ad eum diabolus, eum ad similitudinem peccati Adæ tentare tentavit. Sed qui primum vicerat eisdem modis victus est à secundo. Hactenus Durandus. Sed ut verum fatear admodum speculative.

5. Sed Saussay ubi supra, ait in chirothecis, & in Pontificali Romano; surgens Consecrator Mitra deposita chirothecas benedicens, dicit, *Oremus Omnipotens Creator, &c.* & postea reponit illas manibus Consecrati dicens: *Circunda Domine, &c.* ex quibus Ecclesiæ Orationibus redditur ratio, quare ipsa ornat manus Episcopi consecrati chirothecis; verum mihi etiam nimis placet alia chirothecarum mystica significatio. Dico igitur, quod dantur Episcopis consecratis chirothecæ, ob reverentiam unctiois, quàm in manibus suscepit. Quod enim chirothecæ dentur Episcopo ob unctiois sacræ, qua sunt ejus delibutæ manus reverentiam, ex eo facile colligi potest, quod in Romano Pontificali, titulo, de derogatione ab Ordine Pontificali, ablato Pastoralis baculo, ei qui tanto culmine honoris deicitur; mox sequitur. Deinde extractis per Ministros chirothecis Pötifex degradator abradit degradando pollices, & manus leviter cum cultello, aut vitro dicens, Sic spiritualis benedictionis, & delibutionis mystica gratia, quantum in nobis est, te privamus, ut sanctificandi, & benedicendi perdas officium, & effectum. Igitur chirothecæ, tum auferuntur, cum unctiois tollitur efficacia: sicut cum infunditur unctio, ipsæ chirothecæ imponuntur.

RESOL. CXXI.

Quare Episcopo consecrando traditur Mitra? Ex p. 12. tr. 1. Ref. 121.

1. DE Mitra Episcopali latè petraçat Andreas Saussay in *Panoptia Episcopali lib. 1. per totum*: nam in c. 2. proponit argumenta Hæreticorum contra Mitram; in c. 2. responder ad dicta argumenta; & postea in cap. 3. firmat ex antiquis testimoniiis, & exemplis Mitræ. Sed directè ad casum propositum respondet Fragosus de *Regimine Reipublicæ Christiane*, tom. 2. cap. 8. §. 1. n. 13. Præterea (ait) imponitur novo Præsuli facta Cydarus in capite, bicornisque galea cum Patris Omnipotentis invocatione, vulgò *Mitra*, quæ scientiam utriusque Testamenti in eo residere testantur duo Mitræ cornua, duo designant testamenta: anterius novum, posterius vetus, quæ duo Episcopus scire debet c. *Episcopus* 23. q. 1. quibus fidei inimicos terrere, ferire ac lacerare potest. His cornibus armatus Ambrosius Theodosio; Basilius Valentino; & Chryostomus Arcadio fortiter se opposuerunt, & terribiles apparuerunt. ] Sed omnia ab ipso dicta latè confirmantur à Steph. Durando in *Rationale Divinorum officiorum*, lib. 3. cap. 13. num. 2.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Ref. 77. brie. viter in §. 1.

2. Unde ex his Socolovius ubi supra, ait. Imponitur capiti ejus sacra Cydarus, bicornisque galea, cum Patris Omnipotentis invocatione cujus præclara est bonitas, & virtus immensa, totiusque decoris ornamentum. Imponimus; (inquit divinus Hierarcha) capiti hujus Antistitis, & Agonistæ tui, galeam munitionis, & salutis; quatenus decorata facie, & armato capite, non generis, & prosapiæ venustate, non stipatorum vi, & armata manu, non magnis necessitatibus, & clientelis, sed cornibus utriusque